



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

2. De Declamatione contra Montanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Demonstra- eiusque totius generis, quod Græcè *πράσινον*
nium ge- nō, nominatur, quod quasi ad inspicendum,
nus quale delectationis cassa comparatum est, non com-
re plectar hoc tempore, non quo negligenda
et sit: Estenim illa quasi nutrita eius oratoris,
quæ informare volumus, & de quo molimur
aliquid exquisitus habere. Ab huc, & verborū
copia alitur, & eorum constructio, & numerus
liberiore quadam fruuntur licentia. Datur
etiam venia concinnitati sententiarum: Et
arguti, certique, & circumscripti verborum
ambitus conceduntur, de industrisq; non ex
in siendijs, sed aperte, ac palam elaborantur, ut
verba, verbis quasi demensa, & paria respon-
deant, ut cerebro conferantur pugnantia, com-
parenturque contraria: ut pariter extrema
reminentur, eundemque referant in cadendo
sonum: *Quæ in veritate caussarum, & rarius*
multo facimus, & certe occultius.

Thralyma- In Panathenaeo autem I Socrates, ea se stu-
chus. diosè confecta tum fateretur, non enim ad iu-
Theodorus dicatorum certamen, sed ad voluptatem auti-
Byzantius. um scriperat. Hæc tractasse Thralymachum
 Chalcedonium primum, & Leontinum ferut
 Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, mul-
 tosque alios, quos *λόγοι καὶ άλλοι* appellat in
 Phædro Socrates: Quorum satis arguta mul-
 ta, sed ut modo, primumque nascentia mi-
 nuta, & versiculorum similia quædam, nimi-
 umque depicta. Idem paucis quale totum sit,
 id genus describit numero 42.

Synesius in Dulce, igitur orationis genus, solutum, &
Dione. effluens, sententijs argutum, verbis sonans
 est in illo Epidictico genere, quod diximus
 proprium Sophistarum, pompæ, quam pugnæ
 apius, gymnasij, & palestræ dicatur: Spre-
 tum, & pulsuum foro ἐντάξει γέροντος
 πρεσβύτερος ταῦτα τετιμασθεντοί, in-
 quid Synesius.

Magnus vi- Hæc eloquentia primum inter scholarum
gor Epidi- vimbras educari, post: in publicis Athenæis,
Eicas sub im & theatris, frequentissimo plausu excepta,
peratorikus. latè persulta, cum eam Imperatores blan-
 dius alerent, & de stolidorum hominum in-
 genia frequentibus præmis, & honoribus
 extimularent.

In scholis autem prima adolescentium ty-
 rocinia tenerunt epistolarum munditia, e-
 nucleata, proprie, signata: narrationes, de-
 scripciones, Ethopeia: In strictaverò oratio-
 ne Eclogarum rusticitas amoenis quibusdam
 verborum violis intermixtis, & elegiarum

viro in molli petulantia lasciuens: Deinde
 iucunditates lyricorum, urbana iamborum
 amaritudines, aculeatique lusus, exitusque e-
 pigrammatum floruerunt.

Mox ad declamationes ventum est, quibus
 inter scholarum vmbracula iustis certamini-
 bus proluderetur.

De declamatione contra Montanum.

CAPVT II.

Epodicæ illius perfectionis, & exterorum Votieni de
declamatis
nibus iudi-
cium.

quoque generum semper principium fuit
 vmbraiis inter priuatos paries excita-
 tio, quam non immerito iuuentu commen-
 dant grauissimi digendi preceptores.

Sed tamen Montanus Votienus, Orator Di decla-
haud ignobilis, in declamationum receptrum, mationum
& loga iam exercitatione corroboratum mo-
agendam, graui sane oratione inuehitur apud Se-
tione, vani-
necam: cuius hic rationes, quo liquidius refu-
tari, & mi-
tetur, scribam.

Qui declamationem patat, scribit, non ut Synesius p.
vincat, sed ut placeat. Omnia itaque lenocinia 15. in Duce
ita conquirit: argumentationes, quia molesta
sunt, & minimum habent floris, relinquit, sen-
tentias, explicationibusque audientes delinire
contentus est, cupit enim se approbare, non
casum.

Sequitur autem hoc usque in forum de-
 clamatores virtutum, ut necessaria deferant,
 dum speciosa lectantur, [A]ccedit illud, quod
aduerarios quamvis fatuo singunt, respon-
dunt illis, & qua volunt, & cum volunt.

Præterea nihil est, quod ciuitem aliquo Stultitia
gratuita
periculis.

danno castiget: Stultitia corum gratuita est.
 Vix itaque in foro futurus periculosus stupor
 discuti potest: qui crevit dum turus est.

Quid quod laudationibus crebris sustinen-
 tur, & memoria illorum assuevit certis inter-
 uallis quietescere? Cum ventum est in forum,
 & desiderillos ad omnem gestum plausus exci-
 pere, aut deficiunt, aut ladorant.

Adijec nunc, quod ab alijs nullius inter-
 uentu excutitur. Nemo ridet, nemo ex industria
 obloquitur, familiares sunt omnium
 vulcus, in foro, ut nihil aliud ipsum, illos for-
 rum turbat.

Hoc quod vulgo narratur an verum sit, tu
 melius potes scire. Declamatoria virtutis
 Latronem Porciū vnicum exemplum cum
 pro reo in Hispania Rustico Porcio pro-
 pinquo

pinquo suo diceret; vsque eo esse consuētum, ut a iocōciso inciperet: nec ante potuisse consumari tectum, ac parietes desiderantem, quam impetravit, vt iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutritūtur, ut clamorem, silentium, risum, cœlum deinde pati nesciant.

*Gladiato-
rum exer-
citaciones
dura.*

Non est autem virilis exercitatio, nisi quae operi simillima est illi, ad quod exercet: ita durior solet esse vero certamine. [Gladiatores grauioribus armis discunt, quam pugnant.] diutius illos magister armatos, quam aduerterius sustinet. Luctantes binos simul, ac ternos fatigant, vt facilius singulis resistat. Cursores, quod intra exiguum spatum de velocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitatione decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine.

Multiplicature ex industria labor, quo condiscimus, vt leuetur, quo decernimus. In scholasticis declamationibus contra euénit, omnia molliora, & solutiōra sunt, in foro partem accipiunt, in schola eligunt: illi iudici blandiuntur, hic inferunt, illi inter fremitum circumsonans turbæ intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda est, hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus. Itaque velut ex ymbroso, & obscuro prodeentes loco, clara lucis fulgor obcecat; sic istos a scholis in forum transfuentes, omnia tanquam noua, & inusitata perturbant, nec ante in orationem corroborantur, quam multis perdomiti contumelijs puerilem animum scholasticis delicijs, languidum verò labore dutarunt.

*Declama-
tum di-
fusio.*

Qua ratione licet aliqua probabilitate percellant animos, non tamen id euincunt, vt declamationum vultum tot seculis usurpatum possint de medio tollere. Réclament enim sapientum voces, qui has epidiēticas generis orationes eloquentias cunabula dixerunt, quod his educata nutrimenta oratio se postea colat, & roboret, vt grauior simuli, ac fortior, ad publicas conciones emanet.

Sed videtur in ipso rationum limine Votienus non mediocriter aberrasse: etenim quasi in eloquentia spectaretur necessitas, ira direxit omnem argumentationem, vt declinatorum genus cōstelleret, quod speciosum esset, & plenum illecebris. Qui profectò si statuit, a ciuiliteriam eloquentia speciem, & delectationem penitus esse remouendam, quantum ei maiestatem detrahit, in quod ne-

cessitatis pistrinum compingit; si autem, res serias eruditio[n]is, ac humanioris etiā orationis condimentis intingi necesse est, quod summi in eloquentia viri semper usurparunt, fateatur oportet in declamationibus plurimi esse adiumenti, ē quibus illa vis efflorecit, & in ciuiles etiam orationes tacita quādāns suauitatis alpergine diffunditur. Nam, quod declamatores obiectū nullo damno castigari, plausibus astuecere, mollissimis nutrientiis educari, ad summum, cum in forum venerint, loci fulgore obeccari.

Nam h[oc] vita potius declamantium, quam ipsius declamationis? Quod si instituantur declamatione grauior, sub disciplina, & censura optimi praeceptoris? Quod si ad iusti certaminis exemplar paulò feuerius componatur? Quid si aduerterij sint acres, & vegeti, apud quos languere, & dormitare non liceat? quid si frequenti auditorum consesso, & aculeis gloriae tota extimuletur actio? vtrum tandem patiātor accederet ad forum, qui ex hac ymbratili exercitatione magna cum ingenij commendatione discesserit; an is, qui nunquam scholas viderit, nunquam hominum vultum tulerit, nunquam os ad dicendum aperuerit? Quis adeo ini quis rerum estimator, vt censeat, prima statim emissione in forum ablegandos esse adolescentes, & ad hanc negotiose vitæ austrietatem fingendos, antequam in maſtuerioribus Musis ponant rudimentum? Quod profectò si fieret, verendum esset, ne aut oppressa recum gruitate onum v[er]us.

Declamati-

onum v[er]us.

*Puerorum
institutio
ad eloquen-
tiā.*

Dicit primum canis venaticus in aula pellies allatrate, mox feras in sylvis persequitur: balbutientibus modulis mellitissimis cantibus proladunt lusciniæ: spectant è nido solidem Aquilarum pulli, antequam proprius aggrediantur, & sustineant firmius? Ad legitimos congressus pugnæ simulachra sternunt viam.

Nihil prius in fructum erumpit, quam in florem. Spectanda est in declamationibus adolescentum indoles, antequam in serijs laboribus duretur: Non tamen eō dico, vt velim (quod hic opinor) arguit. Votienus iuvenes in declamationibus cōsilenescere, vt apud Rhadamantum exerceant, quæ in scholis didicunt. Post istas prolusiones educendi sunt in campum, quo citius clamorem, silentium, solem,

solem, puluerem, cœlum denique pati dis-
cant.

Sed ne forum, & subsellia, aut scholas eti-
am semper cogitemus, extant ea tempora, &
loci, quibus auditores dœti, amanis, sculptis
orationibus sunt permulcendi, &, ut cum
Dionysio loquar, non nihil oportet. *Dionys. ep.*
Quatp[er]iūp. ex istius autem eloquentia suppellectile pe-
tenda sunt adiumenta, quando demonstrati-
num genus complexa est.

magnificentiam natum videatur: nam *laudem.*
vix. dicebantur in laudis, & certaminibus ora-
tores, poetæ, citharœdi, quoties de palma cū *quid?*
æmulis, magna hominum frequentia cerca-
rent: nunc igitur de tam nobili, & tam spatio-
so genere dicendum.

Præcepta generis Demonstratiui.

Demonstratum genus est, quod laudem,
& vituperium continet: Ex quo lauda-
tionum præcepta, & vituperij hic tradenda
sunt. In eo specie, quid laudandum, & virtu-
perandum, & quomodo,
Quatuor, teste Aristotele, cadunt in laudatio-
nem; Deus, homo, animalia, inanima. Modus,
& ratio paret in singulis.

De genere Demonstratiuo.

CAPVT III.

Nonnus
Dion. lib. 3. Demonstratum genus primum locum
obtinet, quod vt Nilus ille Nonni;

Pοταμὸς γενεύλικην ἐπέδοσον θάση,
Ἐπίλα διὰ σουάρων εἰλυγένες τοῖς θα-
πίναις.

Est sanè Nilus fluviorum omnium maxi-
mus, fœcundissimus, & suauissimus. Quæ om-
nia demonstratio generi magnopere con-
gruunt.

Demonstra-
tus generis
excellentia. Magnitudo queritur: omnium rerum lau-
des, & vituperia continent: fœcunditas experi-
tur: nullum verbis, aut rebus vberius: deside-
ratur suauitas: tota Ciceronis, Demosthe-
nis, Isocratis Myrothecia hoc genus exhaustum.

Procopius
sophistam
epist. Quod si apud Procopium *χρυσὴ ἀντίτα.* Ni-
lum audiuisti, vnde *χρυσέας* appellatur à
Cedreno: hic quoque fontes aurei magna
vbertate disfluent: *Μικρήνη* quidem à Gra-
Demonstra-
re quid? cis nuncupatur, quod totum ad pompam, &

Διάτοπος λόγος.
Ρίζα κόρμος.
Κένσον δυτικοῦ.
Αυτόσιτος ἀρχή,
Ταμίας πατέρις τε δύναμις.
Εὐστήτων εὐνάσ αἴγινη.
Μονάδων μονάδες τε παρέτη,
Πάτερ αὐτοκάτωρ.
Οντεν αὐτέρμα.
Αὔριξα Γερά.
Παγάς Σφίξα.
Ομμα σπαντό-
Κόσμος κλεσάς.
Χλευγάνη σφαγωτας ἄστρων

Laudatio Dei.

CAPVT IV.

E K zids igitur, vt ait Theocritus, *ἀρχῶντες* In Diū lau-
datione Dei duō spectantur: mate-
ria, & forma: Materiam hic appello argumen-
tum laudationis, Dei puta amplissimas virtu-
tes: formam, veluti modum, & characterem.

In laudes diuinias latissimus patet dicendi
ex varijs locis campus, sed in eo excellunt
definitiones congregatae, quibus frequenter Deus reā
vtitur Synesius, & D. Gregorius Nazianze-
lausatātā
nus. Sic autem Synesius in hymnis Deum lau-
bus conglo-
bat.

Dator gratiarum.
Radix mundi.
Centrum entium.
Ex se ortum principium.
Diffensator, & parens rerum.
Vnitatum uuitas pura.
Monadum monas prima.
Pater sui pater.
Entium semen.
Veritas sapiens.
Fons sapientie.
Ocule tuipius.
Mundi creator.
Inclycorum rotator syderum.

Virtut-